



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 81. An peccet, qui agit contra legem debitè necdum promulgatam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42634**

gnatum in I. Decret. Cap. quoniam, de Constit. à n.

6. Delbene suprà.

§. II. Lefsius in Auct. V. beneficium cas. 3. docet 575

Regulas Cancellariæ Romanæ tantum esse pro directione illius Curiæ, & non obligare alibi, cum non sint promulgatae : ex quo inferunt Valer. & Diana R. 43., si Episcopus intra 20. dies ante mortem donarit inter vivos, quamvis donatio illa per Regulas Cancellariæ & in foro externo præsumatur facta mortis causâ in fraudem Cameræ Apostolicæ, tamen esse validam, & illum, cui donatum erit, posse tacerre; idem videntur tenere Decius, Mandos. & alii, sed rectè contradicunt Sarn. Gomes. Az. Chok. Lenz p. 2. q. 540. & p. 3. q. 337. n. 3., praxis enim probat tenere ubique, saltem illas regulas, quarum materia est communis & non restricta ad Romanam curiam.

§. III. Luca de benef. d. 29. n. 25. rectè docet 576

decisiones Rotæ Romanæ non posse semper esse regulam pro faciendis alibi similibus decisionibus, vindicandi enim est, an prodierint utrâque parte sufficienter informante, an non fuerint sæpe revocatae vel limitatae &c.; & quia ad hoc non attenditur, notat d. 91. n. 9. sæpe secundum illas dari resolutiones male fundatas: & universaliter docet Lezana apud Gob. n. 609. decisiones Rotales esse minoris auctoritatis quam declarationes Cardinalium etiam non approbatas à Papa; & re ipsa quandoque prodeunt contrariae invicem.

Q. 81. An peccet, qui agit contra legem nec-

dum debitè promulgatam. R. Negativè, & patet ex dictis n. 274., hinc si Cajus interfuerit Senatui, in quo lex, v. g. de non emendo vino Gallico, hodie est scripta & approbata, cras autem erat promulganda, licet per negligentiam promulgatio in aliud tempus differatur contra expressum mandatum Senatus, ta-

men

men non peccat contra legem illam interim emens  
talia vina, uti recte resolvit Burgh cent. i. Cas. 6.

578. Q. 82. Qualis promulgatio requiratur ad le-  
gem. R.

§. I. Ad civilem, si feratur pro una provincia, suf-  
ficit promulgatio in primaria urbe vel loco; si fera-  
tur pro pluribus provinciis, communiter promul-  
gari debet in primaria urbe singularum provincia-  
rum: & si sit lex Cæsarea, non obligat ante duos  
menses à promulgatione completos, uti habet com-  
munis ex Authent., *Vt facta nova Conf.* §. San-  
cimus.

579. §. II. Leges Pontificiæ, si Romæ sint promulga-  
tæ, hoc ipso, per se loquendo, obligant totum orbem  
Ecclesiæ subjectum, uti docent communiter Cano-  
nistæ, item Shar. l. 4. c. 15. Vasq Avers. Castrop. &  
alii cum Carden. in i. crisi d. 9. c. 20. a. 12., qui dicit  
esse certum, licet contradicant Mol. Becan. Laym. &  
alii cum Theologi tum etiam Canonistæ apud Dñ  
Bois ad prop. 28. ab Alex. VII. damnatain, qui vo-  
lunt etiam Pontificias tum tantum obligare, quan-  
do sunt promulgatae in singulis provinciis & prius  
post duos menses, uti leges aliae, sed *Contra* est, nam  
ex natura rei plus non requiritur ad legem, quam esse  
positam & promulgatam, tuncque venisse in cogni-  
tionem subditu: quod etiam valet de aliis legibus ci-  
vilibus, exceptis Cæsareis, quia jus Cæsareum spe-  
cialiter circa suas aliter disposuit, non autem alii  
Principes vel Magistratus; unde multò magis cùm  
potestas legislativa Pontificis sit immediatè à Chri-  
sto, neque subsit dispositioni hominum, uti potestas  
aliorum Superiorum civilium, si Pontifex vel leg-  
em Romæ promulgatam obligare, uti re ipsa vult,  
hoc ipso obligabit omnes Ecclesiæ subjectos: quod  
etiam inde colligitur, nam Alex. VII. in proposi-  
tione